



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 26. Joannes Veccus dignitatem suam abdicat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIII. Imperator viros ecclesiasticos firman-  
A.C. 1279. dæ reconciliationis gratia mittere co-  
gitabat.

## §. XXVI.

*Joannes Veccus dignitatem suam abdicat.*

Pachym.  
l. 6. c. 10.

c. II.

Quatuor anni jam effluxerant, ex quo Joannes Veccus Constantinopolitanum agebat Patriarcham: cum aliqui de Clero mense Februario, inductione septima, nimirum anno 1279 contra eum accusationes protulere, quæ quanquam falsæ ac frivolæ Imperatori haud dispercebant. Hunc enim Præfulem deprimere magnopere cupiebat & ardorem ejus acresque solicitationes moderari. Actores illos concitaverat Isaacus Episcopus Ephesinus, Imperatoris tunc Pater spiritualis. Non erat ferendo Patriarcham jurisdictionem proximam in quædam Anatoliæ loca extendisse, eam sola Constantinoli terminandam, & foris omnia Episcopis dioecesanis subienda ratus. Arrepta igitur occasione, cum Imperatorem Patriarchæ infensum cerneret, sanctionem ab illo impetravit, qua inter alia puncta statuebatur, ut terræ ac monasteria Patriarchæ obnoxia ex Episcopo dioecesano penderent, ubi cunque sita essent. Sed hoc erat, inquit

Pachy-

Pachymerus, Patriarchæ titulum Oecu- Sæcul. XIII.  
menici demere, cum illi sola Constantinc- A.C. 1279.  
polis, ac ne tale quidem territorium, qua-  
le minimus haberet Episcopus, relinque-  
retur.

Veccus duos ipsos menses vexabatur,  
quos inter Imperator duas sustinebat  
personas, modo accusatores eum in fa-  
ciem vituperantes audiens, modo eum  
defendens, & adversarios ejus calumnia-  
tores vocans. Fatigatus tandem Pa-  
triarcha mense Martio, ac medio jejunii  
verni tempore statuit deponere munus.  
Abdicationis tabulas a Pachymero fa-  
ciendas curavit, & Imperatori obtulit,  
eas non accipere se simulanti: tum in  
cœnobium Virgini *Purissimæ* dedicatum  
se abdidit. Sic Constantinopolitana se-  
des manebat vacua. Nam Imperator  
eam alii tribuere nolebat: quin etiam  
hoc intervallo ad Veccum misit suum  
filium Andronicum, qui ejus animum  
placaret.

### §. XXVII.

#### *Papæ ad Palæologum Legati.*

Tum temporis advenerunt Papæ Lega-  
ti, scilicet Episcopus Rosetus, ac  
tres Fratres Minores. Imperator hos si-  
bi, dum Adrianopoli redibat, obyam fa-  
ctos Patriarchæ abdicationem celare cu-  
piens,

c. 14.